

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. IV. De Cavsis Ex Qvibvs Crimina Reddvntvr Vel Graviora Vel Leviora.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

TIT. IV.

DE

CAVSIS EX QVIBVS CRIMINA
REDDVNTVR VEL GRAVIORA
VEL LEVIORA.

§. LV.

Quæ crimi-
na reddant
grauiora?

Eo grauius habetur unumquodque cri-
men, (1) quo maius est damnum eo
datum; (2) quo minus ab eo læsus se de-
fendere potuit *f*); (3) quo eminentior
persona læsa; (4) quo sanctior locus, dies-
ue, quo commissum; (5) quo a facino-
roso commissum est frequentius *g*); (6)
quo magis inordinati fuerunt adfectus,
qui ad illud committendum impulerunt;
& (7) quo plures fuerunt causæ singula-
res, cur ab eo abstinentendum fuerit.

§. LVI.

Grauius quoque habetur crimen, (8)
quocum *concurrit* aliud, ad diuersum fi-
nem tendens. Sin utrumque, quod con-
currit, ad eundem tendit finem, unum
habetur *b*).

§. LVII.

Contra leuius haberi solet crimen (1)
quod

Causæ cri-
men leuius
reddentes.

f) KRESS. ad C. C. circa del. c. 2. §. 22. M A T^a
art. 109. §. 2. THAEI c. tr. prol. c. IV.

g) RICHTHER d. §. 2. seq.
de agrauat. delict. c. 2. *b*) SCHVL TZII d. de
TENZEL d. *de iure princ. concurs. delict.* c. 2.



quod ex rusticitate & simplicitate *i*), aut (2) moribus regionis *k*) aut (3) in salutem magis quam damnum reip. patratum *l*), uel (4) si illud priuato tantum obesse credant leges, transactione cum læso inita compositum est; immo (5) quo magis delinquentis intellectus obnubilatus, aut libertas uoluntatis præcisa fuit, eo leuius habetur crimen.

TIT. V. DE POENIS.

§. LVIII.

Pœna est malum, quod quis ob uerum Pœnarum uel quasi crimen ex legis dispositione subire tenetur.

§. LIX.

Pœnæ diuiduntur (1) in *capitales* & diuisiones *non capitales*, quarum illæ (2) in *simplices* & *& qualificatas*, hæ uero (3) in *corporales*, *famosas*, *libertati noxias* & *pecuniarias* subdividuntur; (4) in *ordinarias* & *extraordinarias*; (5) in *compatibilis* & *non compatibilis*; (6) in *communes* & *proprias*.

§. LX.

In criminibus uindicandis lex primario intendit ciuitatis huiusque membrorum

finis.

Engau Ius Crimin. C secu-

i) TIRAQVELLVS *k*) ID. c. l. c. 42.
de pœnis tempor. aut re- *l*) ID. c. l. c. 52.
mitt. causa II.